Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Caro mea requiescet in spe. et ibi
refectus est. Christi enim refectio
fuit eius resurrectio. que facta
est ex sepulchro. unde in cena. Nobis
bam de hoc genimine vitis donec
b. i. n. r. p. Et dominium habuit in re-
surrectione que in sepulchro facta est.
Unde hoc. Data est mihi omnis p. i. c. et t.
Vivit et quadrupliciter. secundum
divinitatem. Unde hoc. Sicut pater ha-
bet vitam in semetipso. sic dedit fi-
lio h. v. i. s. Secundum humanitatem.
Unde hoc. Mors illi ultra non d. Secundum
fidem. Unde hoc. Vivo autem iam non ego.
vivit vero in me Christus. Secundum famam. Unde
hoc. Quia nomen eius in eternum manebit.
id est fama nominis.

Exurge in occursum mihi. Hic Christus galli-
nie comparatur, propter v. Gallina cum
ova posuit cantat et exultat.
Sic Christus positis peccatoribus in nido ecclesie.
Unde hoc. Gaudium est angelis dei super
u. p. p. a. Et quia avidius nutrit et
fovet pullos quam alia avis.
quod cognoscitur in laxatione plumarum.
et in raucitate. Sic Christus. Unde hoc. Quo-
tiens volui congregare f. t. Quem-
admodum g. c. p. s. s. a. s. Et quod
gallus. cum sit ales domestica
tamen aliis non patitur tangi. Sic Christus
licet nobiscum sit usque ad c. s. non tamen
plena cognitione tangitur. Unde
hoc. Accedet homo ad c. a. et exaltabi-
tur deus. Et quia gallina per medium fissa
et morsui serpentis supposita.

[Margin: pe epa- et galline.]

curat. Ita Christus in cruce extin-
ctus. languores nostros tulit. Et quia
inter alias aves esui hominum est ac-
commodatior et sanior: Sic Christus.
Unde hoc. Caro mea vere est cibus.

Convertentur ad vesperam et famem [Margin: fames.]
patientur ut canes. Est fames spiritualis
que dividitur in famem s. ubi et
famem desiderii. De prima. Parvu-
li petierunt p. et c. e. i. qui sacras scrip-
turas eis aperiret. De secunda hoc.

Gladius in labiis eorum. Est occisio [Margin: Gladius. occisio.]
corporis. Est occisio anime s. peccatum.
que est mors anime. Est occisio viciorum:
Unde hoc. Ego occidam et ego vivere
faciam. quando quis mortificat vicia.

Ad nichilum deduces omnes gen- [Margin: Deductio]
tes. Deducit quandoque minu-
endo. Unde Iob. In pulverem de-
duxisti me. Quandoque protegendo.
Deduxisti sicut oves populum tuum.
Quandoque erigendo de virtute
in virtutem. Unde hoc. Iustum deduxit
dominus per v. r. Quandoque constuando. Unde
hoc. Deduxisti me. quia factus es
spes mea.

Deus repulisti nos. Deus repel- [Margin: quomodo deus repellit malos. et quomodo bonos.]
lit malos eis gratiam subtra-
hendo. Unde hoc. Expulsi sunt
et non potuerunt s. Repellere in futuro.
quando dicet. Ite maledicti in i. e. Repel-
lit bonos passionibus exponen-
do. Unde erepti dicunt. Anima nostra
s. p. e. d. l. Repellit bona tempora-
lia subtrahendo. Unde hoc. Deus meus